

Conradi ducis Slesie confirmatio super ven-
ditione bonorum Steynvece civibus Fro-
wynstat per Lucconem de Racwicz facta.

72

In Nomine Domini Amen. Cunctorum perit
memoria factorum nisi scripto vel testimonio
litterarum fuerint consignata. Igitur Nos Con-
radus Dei gratia Dux Slesie & dominus Olmicen-
sis. Notum facimus universis presentibus &
futuris tenorem litterarum presentium inspecturis
Quod Lucco de Racwicz homo noster in nostra
presentia sanus mente & corpore deliberationeque
matura prehabita constitutus bona sua Steyn-
vece nuncupata vulgariter in foribus civitatis
Frowenstat situata fidelibus nostris Civibus, No-
mine Civitatis ibidem vendidit rite & rationabiliter
resignavit. Nos vero hujusmodi venditionem
atque resignationem effectui mancipare, cupien-
tes bona supra dicta cum proventibus & uti-
litatibus omnibus ad ipsam pertinentibus
pro ut in suis terminis & grentiis circumfe-
rencialiter sunt distincta prenominate civibus
pro utilitate ejusdem civitatis Frowynstat.
Contulimus in perpetuum hereditarie quiete
& pacifice possidenda nec non cum omni eo
jure quo ipsa supradictus Lucco habuit
& possedit. In cuius rei testimonium presentes
fieri iussimus & sigilli nostri munimine con-
signata. Actum in Frowynstat feria quarta

proxima post diem Sancti Vincentii Martiris
Anno Domini MCCCXXX nono. Presentibus
domino Henrico de omni Poppone de Hugwicz
Conrado de Fildow Simone de Benfelt Henrico
de Zemiez Nicolao Vesche & aliis nonnullis fide
dignis Datum per manus Clementis Notarii
Aulae nostrae qui a nobis praesentia habuit
in commissis.

Ta kopia przepisana z oryginalu
paryzkiego dnia 11 Maja 1784
Udolu nasznusku ziedwalu kręconym
wisi pieczęć okrągła.